

¶ Angelus Lipernas: amplissimo dño Baptiste de
 Urinis Camerę apostolicę Clerico. S. D.

Superioribus diebus quū de me esset mentio pa-
 ter amplissime: cauillatores vite quo vel meę nū-
 tiauit communis amicus liberius linguam salu-
 tos presente ac mirante te. ego non alienum pu-
 tavi ab officio meo excusare innocentem. non q̄
 in crimen ceciderit: verum q̄ omni labe prosus vacet. Id quidē
 agerem pluribus nisi persuaderem mibi causam te coram versa-
 ri iūro modestissimo atq̄ iustissimo: qui non ignoras improboꝝ
 esse maledicere: boni vero viri a se non discedere. vt quo illi ma-
 ledicendo: eo nos in bene agendo tenacioꝝ efficiamur. solatio
 accedit: Socrates amplissime sapientię vir veneno necatus. De
 mosthenes etiam conterraneus suis spirans inter satelliti ma-
 nus. Damon quoq̄ qui nō crimine aliquo exulauit: sed q̄ alios
 excelleret eloquentia. De obtrectoꝝ haberem plura conscri-
 bere. quę quia a me scribi: a te vero legi sine molestia nō possent
 pretereamus. Quod autem sequitur Serti Ruffi compendiolū:
 ex parte vt puto satis emendatum: dicatumq̄ nomini tuo susci-
 pere ac legere velis. Premisi ex me pauca. quę si a te viro eruditis-
 simo comprobabuntur: labori meo bene consultum existimabo.
 Tu vale ⁊ me ama.

¶ Angelus Lipernas. Regnavit in Italia Janus. Saturnus
 deinde. Post eum Picus: quem Faunus secutus est. Huic Lati-
 nus successit. Quo regnante Aeneas venit in Laurentem agrū.
 Lauinium condidit. Regnavitq̄ annis tribus: eo consecratoꝝ
 cuius titulus effertur: Diui patris terrestris qui numici undas
 gubernat.

¶ Ascanius in longam Albam quam condiderat regnum trās-
 tulit. Ubi regnatum est annis supra quadringentis triginta et
 duobus ab.

¶ Ascanio xxxviii.

| | | |
|-----------------------|-------------------------|-------|
| S caſo poſtumo | omniſiſſima: auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| V eneſa filio | ſociuſq̄ philoſoꝝ q̄ma | ccxi. |
| L atino filio | | L. |
| A lba filio | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| A tyne | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| C api | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| C apeto | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| T yberino | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| A grippa | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| A luentino | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| P roca | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |
| A mulio | ſociuſq̄ auctoꝝ q̄i | ccxi. |

Secti Ruſſi viri conſularis Valentiano Au-
guſto de Hiſtoria Ro. Libellus incipit.

Breuem fieri clemētia tua p̄cepit. parebo libens. Quiſſi-
qui deſit facultas latius eloquendi morem ſecutus calcu-
latorum qui ingentes ſūmas ere breuioꝝ rep̄imunt. Ac-
cipe ergo quo breuiter dicta breuius computentur: vt annoſam
vetuſtatem reiſ. p̄teriti facta temporis non tā legere glorioſe
p̄inceps q̄ numerare videaris. Ab v. be igitur condita in ortu
perben̄nitatis veſtre quo p̄ſperius imperiū Romanū ſortitus
es anni numerantur ſic. Sub Regibus. cccli. Sub Conſulibus
ccclxvij. Sub Imperatoꝝibus. ccccxij.

De Regibus.

Regnauerūt Romē per annos. cclxij. Reges numero. vij.
Romulus regnauit per annos. xxxij. Senatoꝝes per qui-
nos dies annum vnum. Numa Pompilius regnauit an-
nis. clxij. Tullus Hoſtilius regnauit annis. xxxij. Ancus Mar-
tius regnauit annis. xxij. Tarquinius Priscus regnauit annis

030025974

ccviii. Se-
bus cepit
O
in
ccclxvij.
Sub Deco
Sine mag
I
an
ig
lar: et
mabo
S
li
Gallie
burni. D
dones fu
est: ad D
mū peder
occupatu
tenda est.
Partis f

ccviii. Servius Tullus regnavit annis. clxiiij. Tarquinus superbus expulsus est regno anno. ccv.

De Consulibus.

Consules fuerunt a Junio Bruto et Publicola in partem et virtutum numero octingenti. lxxvij. Preter eos qui in eodem anno forte aliqua sunt subrogati per annos cccclxvij. Quadragintaquinque annis Romae Consules defuerunt. Sub Decemviris annis. ij. Sub Tribunis militum annis. clxij. Sine magistratibus Roma fuit annis quatuor.

De Imperatoribus. Imperatores ab Octaviano Cesare Augusto. usque in Julianum fuerunt numero. clxij. per annos. cccclxij. Sub his igitur tribus imperandi generibus: hoc est Regio: Consulari: et Imperatorio: quantum Roma profecerit breviter intromabo.

Regnum Regum.

Sub Regibus. vij. per Annos. cclxiiij. non amplius quam usque ad Spoitum atque Ostiam inter. xvij. miliaria a portis vrbis Romae: et pote adhuc pariter a pastoribus condite quum finitime circum civitates premerent. Romanum processit Imperium.

Regnum Consulium.

Sub Consulibus inter quos et nonnunquam Dictatores fuerunt per annos simul. cccc. lxxvij. usque Transpadum Italia occupata est. Aethiopia subacta. Hispaniae accesserunt. Galliae et Britaniae tributariae factae sunt. Inde Illyrium. Istri. Liburni. Dalmatiae domiti sunt. Ad Achaiam transitum est. Macedoniae subacti cum Dardania. Cum Italia et Thracibus bellatum est: ad Danubium usque peruenit. In Asia expulsio Antiocho primū pedem posuerunt Romani. Mithridate victo Ponti regnum occupatum est: et Armenia minor quam idem tenuerat armis ob tenta est. In Mesopotamiam Romana exercitus peruenit. Cum Parthis foedus initum est. Contra Cardoneos ac Sarracenos.

Arabes bellatum est. Judea omnis victa est. Cilicia et Syria in potestatem po. Ro. venerunt. Aegypti reges foederati sunt.

¶ Regnum Imperatorum.

Sub Imperatoribus vero per annos cccv. quibus diuersa reip. fortuna multi principes imperarent: Accesserunt tñ Romano orbi Alpes maritimae. Alpes Gotiae. Retiae. Noricae. Pannoniae. Daciae. et omnis ora Danubij in prouinciam est redacta. Pontus omnis. Armenia minor. Oriens totus: cum Mesopotamia Asia Arabia et Aegypto sub imperij romani iure tradita. Quo autem ordine singulas prouincias Romana resp. affecta est ostenditur ita infra.

¶ Resp. Romana quo ordine affecta est regnum.

Prima prouinciarum facta est Sicilia. Eam victo Hierone Siculorum Rege Marcellus consul obtinuit. deinde a praetoribus recta est. postea est commissa praesidibus. nunc a consularibus administratur. Sardiniam et Corsicam Metellus uicit. triumphauit de Gardis: qui rebellare sepe. Juncta administratio harum insularum fuerat. Post suos Praetores habuit. Nunc singulae a praesidibus reguntur. In Aethiopicam pro defensione Siculorum romana transmissa sunt signa. Ter Aethiopia rebellauit. ad extremum deleta per Publium Scipionem. Cartago prouincia facta est: nunc sub consularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur. sed Jugurthae ob nequos Adherbalem et Demophalem Micipsae regis filios bellum indictum est: reo per Metellum consulem attrito: per Marium capto: in potestatem po. Ro. Numidia peruenit. Mauritaniae a Bocco rege obtenta sunt. sed subacta omni Aethiopia Mauros Juba rex tenebat: qui in causa belli civilis a Julio Cesare uictus mortem sibi propria uoluntate conscruit. ita Mauritaniae nostrae esse coeperunt. Et per omnem Aethiopicam sex prouinciae factae sunt. ipsa ubi Cartago est pro consularis: Numidia consularis. Tripolis et Mauritaniae duae: hoc est Sittinensis et Cesariensis sunt praesidiales. Disparis primū

auxilium
tuta no
Gades
multua
cit. Cels
ne cum
occasion
tionem
a Pomp
no Cesa
stebant
cie. Ter
Transl
arum e
tania C
Roman
Italiq
fluuiu
et cels
intrare
lissimi
ne rede
lus qui
rum et
Consul
rius C
aduersu

A
in Britan
98/ Gall

auxilium aduersus Aethiopes per Scipiones tulimus rebellantes
tuita nos Hispaniam per Decium Brutum obtinuimus: et usque
Gades ad Oceanum mare peruenimus. Post ad Hispanos tu-
multuantes Decius Junius Syllanus exercitus missus eos uis-
cit. Celtiberi cum Hispania sepe rebellabant. missa minore Scipio-
ne cum exercitio Numantiae subacti sunt. Omnes pene Hispaniae
occasione belli Sertoriani per Metellum et Pompeium in dedi-
tionem acceptae sunt. postea prorogato in quinquennium imperio
a Pompeio perdomitae sunt. Ad extremum quoque ab Octaui-
ano Cesare Augusto Cantabri Bastures qui freti montibus resi-
stebant delati sunt. Per omnes Hispanias sex sunt nunc provin-
ciae. Terraconensis. Cartaginensis. Lucitana. Gallicia. Betica.
Transfretana etiam insula terrae Aethiopicae provincia Hispani-
arum est: quae Ligytania cognominatur. Ex his Betica et Luci-
tania Consulares: ceterae praesidiales sunt. Cum Gallis populus
Romanus grauissima bella habuit. Galli etiam illam partem
Italiae ubi nunc Mediolanum est usque ad Rubiconem tenebant
fluum: in tantum viribus freti ut Romam ipsam bello peterent
et caesis exercitibus Romanis apud Aliam fluum moenia urbis
intrarent. Capitolium obsiderent: ad cuius arceam sexcenti nobi-
lissimi senatores confugerant: qui mille auri pondo se obsidio-
ne redemerunt. Postea Gallos cum victoria remeantes Camil-
lus qui in exilio erat collecta de agris multitudie oppressit. Au-
rum et signa quae Galli ceperunt reportauit. Cum Gallis multi
Consules Praetores et Dictatores euentu vario confixerunt. Ma-
rius Gallos de Italia expulit: et transcensio Alpibus foeliciter
aduersus eos pugnauit.

De C. Cesare.

Queterum. C. Caesar cum decem legionibus quae quaterna
milia militum Italorum habuerant Galliam subegit. cum
Gallis ultra Rhenum positis afflixit. per annos vii. ab Alpibus
in Britanniam usque ad Gallias transiit. Decimo anno Britani-
as Gallias tributarias fecit. Sunt Galliae cum Aquitania Brita-

niss prouincię. xvij. Alpes maritime prouincię Abrianensis. Ufe
nensis nouem popularia. Aquitanie duę. Alpes Gagic maritime
sequanor. Germanie duę. Bellicę duę. Lugdunenses duę. In Bri
tania maxima Cesarientis Britania prima Britania secunda. In
Illyricum ab ore maritimo paulatim regressi sumus. Leuinius
cōsul Adriaticū atq; Ionicū mare primus ingressus maritimas
obtinuit ciuitates. Creta p Metellū cōsulē qui Creticus dictus
prouincia facta est. Grecis in fidē nostram confugientibus ad
Achaia accessimus Athenienses aduersus Philippū Macedonie
regē auxiliū nostrū petierunt. Libera diu sub amicitijs nostris
Achaia fuit. Ad postremum legatis Romanor apud Corinthuz
violatis per. L. Auniū in consulem capta Corintho Achaia ois
obtenta est. Epirotę qui aliquando cum rege Pprho etiam ad
Italiam transire psumpserant victi: atq; Thessali simul cum
Achiuor et Macedonum regionibus nobis accesserunt. Mace
donia ter rebellauit. sub philippo. sub p̄seo. sub pseudo. Phi
lippo philippū flaminius Persen Paulus pseudo philippum
Metellus oppressit. quor triumphis Macedonia quoq; populo
Romano adiuncta est. Illyricos qui auxiliū Macedonib; at
tulerant et eadem occasione per. L. Maniliū p̄torē vicimus.
et eos cum rege Gensio in deditiōem accepimus. Dardanos et
Mecios Curius proconsul subegit: et primus Romanor ducum
ad Danubium vsq; peruenit.

¶ Sub Julio et Octauiano cesare.

Sub Julio et Octauiano cesare per Alpes Julias iter factū
Alpinis omnibus iunctis Noricorum prouincię accesserunt. Bancone Pannoniorum rege subacto in ditionem
Pannonie venerunt. Amantinis inter Slauum et Drauum pro
stratis: regio Slauensis ac secundoꝝ loca Pannonioꝝ obtenta
sunt. Marcomomi et Quadi de locis varieq; sūt inter Danubiū
et Drauuz pulsi sunt. et limes inter Romanos et Barbaros ab Au
gusto per Uindaliciam per Noricum Pannoniam ac Mesiam
est constitutus.

U
lieno in
Roma
ricus f
duas.
Et in
Achaia
li occu
runt
deles
tur. q
bum
manu
pressi
Deba
lem h
vibes
Bessi
Enim
polis
in dit
fitas
polim
this a
sunt c
Sacia
et Con
posita
raueru
propag

De Traiano.

Traianus Dacos sub rege Decibalo victi & Daciam trans Danubium in solo Barbarico provinciam fecit. que in circuitu habuit decies centena milia passuum. Sed sub Galieno imperatore amissa est. & per Aurelianum transfata erinde Romanis duce Dacie in regionibus Mesie facte sunt. Habet Illiricus septem & decem provincias. Floricoꝝ duas. Pannonioꝝ duas. Valeris Seruiam. Slaviã. Dalmatiã. Mesia. Dacie duas. Et in ditione Macedonie sunt septẽ. Macedonia. Thesolonica. Achaia. Epiri duce preualis & Creta. Thracias Macedonici belli occasione transcursum est. Sequissimũ oim gentiu Thracas fuerunt in Thracum regionibus. Scordisci habitauerunt pariter crudeles & callidum genus. de quoz sequicie multa fabulose memoratur. quod hostium captiuis diis suis litauerunt atq; sanguinem humanũ in ossibus capitum portare sunt soliti. sepe per eos Romanus cefus est exercitus. M. Didius vagantes Thragas respexit. M. Drusus intra fines proprios cõtinuit. Minutius in Hebreo flumine Thracie vastauit. Per Apium Claudiu proconsulem hi qui Rhodopam incolebãt victi sunt. Europe maritimas vrbes antea Ro. classis obtinuit. M. Lucullus per Thraciã cum Bessis primus pugnavit: ipsamq; caput gentiu Thracas vicit. Enim montanos subegit. & Eumolphidam que nunc Philopolis dicitur: Olimpiadam que modo Adrianopolis nominat in ditionem nostram redegit. Cauilam cepit. Supra portum portus civitates occupauit. Apolloniam. Gallaciam. Parthenopolim. Thomos. Distrum ad Danubiũ usq; peruenies Ro. Scythias arma monstrauit. In ditionem reip. vi. Thraciay provincie sunt conquisite. Thracias. Emipõtus. Misia inferior. Scythia. Sacia. Rhodopa. in qua nunc sede arces Ro. vrbes sunt constitute Constantinopolis. Nunc aut eas partes totumq; orientem acpositas sub vicinio sole puincias qui auctores scriptis suis parauerunt explicabo: quo studium clementie tue quod in hisdem propagandis habebis amplius incitetur.

De Orientalibus regionibus
a Po. Ro. subactis.

His societate Attali Regis nota Ro. est. Eamq; Attali te-
stamento relictam hereditario iure possidemus. ne quid
tale Ro. Po. non uiribus partum haberet: armis per nos
ab Antiocho Syriorum rege marimo est vindicata. Eadem oc-
casionem etiam Lydia sedes antiqua regnorum: Caria: Hellepō-
rus: ac Phrigie in potestatem Po. Ro. victa deditioe venerunt
Rhodijs et insularum populis primum infestissimis post fidelis-
simis auxiliatoribus vsi sumus ita. Rhodijs insule primum libe-
re agebant: postea in consuetudinem parendi Romanis clemen-
ter prouocantibus peruenit. Et sub Uespasiano p̄ncipe insula-
rum prouincia facta est. Pamphiliam: Phrigiam: Cariam: Dica-
riam: Seruilius proconsul ad bellum Ep̄rotarum missus obti-
nuit. Bituniam defuncti Nicomedis testamento assecuti Gal-
logreciam: id est Gallatiam. sunt enim ut et galli sonat nomen
Gallate. quos q̄ Antiocho contra Romanos auxilium prebuis-
sent inuasimus. Numius proconsul Gallatas persecutus est:
quum fugientes partim in Olympum: partim in Megaram mō-
tem: qui nunc Modiatius dicitur: de arduis eos in plana detru-
sit. Et victos in perpetuam pacem redegit. Postea Gallatiam
Deiotarus Bete rex nobilis Romanis permittentibus tenuit.
Ad extremum sub Octauiano Cesare Augusto Gallacia in for-
mam prouincię redacta est. Eam primum Lolius administrauit
Cappadoces primo societatem nostram sub Ariararte rege peti-
uerunt. posteaq; Ariobarzanes rex Cappadocium a Mithridate
expulsus Romanorum armis restitutus est. semperq; in auxilia
nostra fuerunt Cappadoces: et ita maiestatem coluere Romanā
ut in honore Augusti Cesaris Megara ciuitas Cappadocię ma-
xima Cesaria nuncuparetur. Postremo q̄ sub imperatore Clau-
dio cesare Archelaus ex Cappadocia Romam venisset: ibiq; diu
detentus occubisset: in prouincię speciem Cappadociam mi-
grauit.

D fo. R.
nobis est
imposita
na possessi
seruata di
simus bell
torum hab
Et Scipio
Magni
permissu
nuerunt
lices et
us proco
rum mor
umphau
diuitijs
deratus
fama opt
accepto r
uitias an
cius insu
ciuitatib
suscepim
ti. Regpp
Cleopatr
Et primū
administ
na trans
ring supat
est. postea

Reuertitur ad Orientem.

Donthus per Pompeium victo Mithridate rege Pontico
formam prouincię accepit. Paphlagoniam Philomenes
Rex amicus Po. Ro. tenuit. Sepe ex ea pulsus: regno a
nobis est restitutus. quo mortuo prouincia eius Paphlagonib?
imposita est. Ultra iuga Thauri montis quemadmoduz Roma
na possessio perrexit consequenti locorum magis q̄ temporum
seruata digestione monstrabitur. Antiochus Syrię rex potentis-
simus bellum formidabile Po. Ro. intulit. Trecenta milia arma-
torum habuit. Falcatis curribus et elephantis aciem destruxit.
A Scipione Consule fratre Scipionis Aphricani in Asia apud
Magnesiam victus est. Pace accepta intra Thaurum regnare
permisus est. Eius filij regnum Syrię sub clientela Po. Ro. reti-
nuerunt. quibus defunctis Syrię prouincijs potiti sumus. Ca-
lices et Disauros qui se piratis et p̄donibus iunxerant Seruili-
us proconsul ad p̄donū bellū missus subegit: et viā per Thaur-
rum montem primus instituit. hicq̄ de Calicibus et Disauris tri-
umphauit: atq̄ Disauricus cognominatus est. Cyprius famosa
diuitijs paupertatē Po. Ro. vt occuparet sollicitauit. Eā rex foe-
deratus regebat: sed tanta fuit penuria grarij Ro. et tam ingens
fama opum Cyprię: vt lege lata Cyprius cōfiscari iuberet. quo
accepto nūtio rex Cyprius venenū sumpsit: quo vitā prius q̄ di-
uitias amitteret. Cato cyprias opes nauibus aduerit: ita vt ius
eius insule avarius q̄ iustus sum? assecuti. Cyprenas cū ceteris
ciuitatibus Libię Pentapolis Ptolomei antiquoꝝ liberalitate
suscepimus. Lybiā supremo Apionis regis arbitrio sum? assecu-
ti. Egyptus ois sub amicis regibus fuerat: s; victa cū Antonio
Cleopatra puincię formā Octauij cęsaris Augusti tpe accepit.
Et primū apud Alexādrinos. Cornelius Gallus roman? iuder
administrauit p̄ p̄finia Armenię primū sub L. Lucullo Roma-
na trans Thaurū signa transmissa sunt visa rei Sarraceni et Vi-
rinę supati cessere in Mesopotania. ab eodē Lucullo vrbs capta
est. postea p̄ Pompeium eadem loca armis obrēta sunt. Syrię ac

Phoenices bello a Tigraue Armenioꝝ rege receptę sūt. Arabes
ꝛ Iudei in Palestina victi sunt. Ad extremū sub Traiano princi
pe regis maioris Armenię diadema sublata est. per Traianū Ar
menia. Mesopotania. Syria. ꝛ Arabia puincię factę sūt. ac limes
orientalis supra ripā flumis Tigridis ꝛstitutus est. sꝫ Adrianus
qui successit Traiano inuidēs glorię Traiani spēte Armeniā ꝛ
Mesopotaniā ꝛ Syriā reddidit: ac mediū. inter Persas ꝛ Roma
nos Euphratē esse voluit. Et postea sub Antoninis duobꝫ Mar
co ꝛ Seuero nota p̄tinacia ceterisqꝫ principibꝫ Ro. qui aduersus
Parthos euētū vario dimicauit: quater amissa: quater accepta
Mesopotania est. Et Diocletiani t̄pibus victis. p̄ma ꝛgressiōe
romanis: secūdo aut ꝛflictu sup̄ato rege Rarseo ꝛ v̄rore eiꝫ ac si
liabus captis ꝛ eis sūma pudicitię custodia reseruat̄is: pace factā
Mesopotania est restituta. ꝛ supra ripā Tigridis limes est refir
matus: ita vt quinqꝫ gentiū trans Tigridē ꝛstitutaꝫ ditionē al
sequeremur. quę ꝛditio foederis in t̄ps̄ diui Constātini ꝛseruata
durauit. Scio nūc quo tua vergat int̄t̄io. requiris ꝛfecto quem
admodū Babilonię ꝛ Romanorꝫ arma collata sunt: ꝛ qbus viri
bus sagittis pila ꝛfoderēt: breuiter euentus enumerabo. belloꝫ
furto hostes ī paucis inuenies esse letatos. vera aut̄ virtute sem
per romanos ꝛbabis ext̄isse victores.

¶ De. L. Sylla.

Primū a. L. Sylla ꝛocōsule Arsaces rex Parthorꝫ missa
legatiōe amicitiaꝫ populi Ro. rogauit ac meruit. L. Lu
cullus Mitridatē regno Ponti erutum ad Armeniam
ꝛsecutus est. Tigranem Armenioꝝ regē cū septem milibꝫ cly
peatis ꝛ centū viginti milibus sagittarioꝝ ꝛ ipse cum decē ꝛ octo
milibus vicit. Cirram maritimam Armenię ciuitateꝫ expugnauit.
Medenam optimam Armenioꝝum regionem obtinuit. Per Mes
letem ad Mesopotaniam descendit. P̄insabius cum fratre regis
cepit. tendere in Persas paratus successiōem accepit. Gu. Pom
peius ex parte foelicitatis ad Mitridaticū bellum missus Mi
tridatem in Armenia minore nocte aggressus ꝛelio superauit

cessis duobꝫ
Mitrida
fugit. J
veneni p
uit. Pom
tum rege
sata dedi
pars Pho
Pompeiu
Cum Alb
dit. Vibe
ꝛ Arabes
sis foedu
loci dele
more con

M

geomate
ductus:
diqꝫ circ
Silena p
tus ipse
set repug
sus est. ca
tum est: a
factum in
pacem Re
auri flam
si reliquia
irrupens
trans Eup

cessis duobus et quadraginta milibus hominum castra Inuasit.
Mithridates enim cum uxorē et duobus comitibus in Bosforos
fugit. Ibi desperatione rerum suarum venenum hausit: et cū vis
veneni parum ageret: a milite suo ut ferro percuteretur impetra-
uit. Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Armenio-
rum regem persecutus est. Ille se oblato diademate apud Artas-
sata dedit. Receptę sunt ab eo Mesopotanię: Syrię: et aliquanta
pars Phoenicię: et in Armenia minore regnare pmissus est. Itē
Pompeius Bosforonis et Colchis Aristarchum regem imposuit.
Cum Albanis conflixit. Orcodo Albano regi ter victo pacē de-
dit. Hiberiam cum Arface rege deditiōnem accepit. Sarracenos
et Arabes vicit. Judea capta Ierosolymam obtinuit. Cum Per-
sis foedus fecit. Rediens apud Antiochiam Damnensem lacum
loci delectatus amoenitate et aquarum abundantia: addito ne-
more consecrauit.

L. Crassi.

Q Arcus Crassus Consul aduersus rebellantes Parthos
missus est. Is quū par missa a Parthis legatione roga-
retur: apud Thebiphontem responsurus se ait. qui apud
geomate traiecit Euphraten a transfuga quodam Maracho in-
ductus: ad ignotam camporum solitudinem descendit. Is vni-
diq; circumuolantibus sagittariorum agminibus cum Silane et
Silena prefectis regiis est cinctus exercitus. et vi telorum obu-
tus ipse Crassus ad colloquium sollicitatus viuis pene capi pos-
set repugnantibus Tribunis euaserat: et dum fugam petit occi-
sus est: caput eius cum dextera manu resectum ad Regem perla-
tum est: atq; ita ludibrio habitum: ut faucibus eius aurum lique-
factum infunderetur: scilicet ut qui ardens cupiditate p̄dandi
pacem Regis rogatus abnuerat: etiam mortuo eius reliquias
auri flamma combureret. L. Crassus questor: vir strenuus Cras-
si reliquias fusi collegit. Exercitus contra Persas in Syriam
irrupens: ter cum summa administratione conflixit: eosq;
trans Euphraten redactos vastauit. Parthi Labieno duce qui

Pompeiumque partium fuerat et victus ad Persas refugerat in
Syriam irruerunt: ac totam provinciam occupauerunt. P. Ven-
tidius Bassus Parthos qui duce Labieno Syriam inuaserat oc-
currens in Caparo monte cum paucis fugauit. Labienum occi-
dit. persecutus est Persas et ad interemptionem strauit. qua con-
gressione Parthorum regis filium die qua Crassus victus fuerat oc-
cidit: ne aliqui Romani ducis mors multa relinqueret. Ventidius
de Persis triumphauit. M. Antonius in Mediam ingressus: que
nunc Medana appellatur: bellum Parthis intulit: et primum eos ui-
cit. post duabus legionibus amissis: quum fame pestilentia et pesti-
tibusque premeretur: uix per Armeniam Persis insequentibus reuocauit
exercitum tanto per momenta temporis terrore percussus ut a gladiatore
suo percuti postularet: ne uiuus ueniret in hostium preteritum.

¶ Regnum solummodo quod sub
Cesaribus habitum est.

Sub Octauiano Augusto Cesare Armenia cum Parthis
conspirauit. Claudius cesar nepos Augusti cum exercitu
missus ad orientem: quum per maiestatem Romani nomi-
nis facile cuncta sedasset: atque ei tunc Armenii qui tunc temporis
validiores erant Parthis dedissent: et iudices et instituto Pom-
pei dictis gentibus Claudius cesar proficeret Dones quidam
quem Arsaces preposuerat prodicione simulata libellum in quo
scripti thesauri continerentur obtulit. quem quum Ro-impera-
tor legeret: intentius vitro Dones aggressus Claudium vulne-
rauit. percussor quidem a militibus confossus est. Claudius vul-
neratus reuersus in Syriam obiit. Persę ad satisfactionem tam
audacis admissi obsides tunc primum Octauio cesari dederunt:
et erepta sub Crasso signa retulerunt. Pacatis gentibus orientis
Augustus cesar etiam Indorum legatione priuus accepit. Nero
quem turpissimum imperatorem Romana respublica est pas-
sa: amisit Armenias duas. tum legiones duę sub iugo a Persis
missę extremo dedecore Romani exercitus sacramenta sedauere
Traianus qui post Augustum Romanę Reipublicę mouit lacertos:

Armenia
maioris
rianos.
loca et
ante M
siphont
Post Al
uincias
et apud
instar B
inuidiss
exercitib
Inter Ro
Marcus
ratores
his Ant
multa in
rie vber
ria de p
acerrim
leuit. Ar
et victor
cus cogn
calla fili
In Effre
dem sep
tium Per
cula susce
uicit. Nic
anum iurif
Gordian
gentibus
fraude ph

Armeniam recepit a Parthis. sublato diademate regi Armenie
maioris regnum ademit. Albanis Regem dedit. Lubros. Bosfo
rianos. Colchos in fidez Romane ditionis accepit. Sarracenoꝝ
loca ⁊ Arabū occupauit. Cardumeos ⁊ Marcumenos obtinuit
ante Mulsium. optimā enim Persidis regionē Selentiā ⁊ The
siphontem ⁊ Babiloniam accepit: et tenuit usqꝫ ad Indię fines.
Post Alexandrum accessit in mari rubro. Classē instituit. pro
uincias fecit. Armeniam. Mesopotaniam. ⁊ Assyriam: quę post
⁊ apud Tigridem atqꝫ Euphratez sita irriguis tribus annibus
instar Aegypti foecundatur. Adrianū glorię Traiani certū est
inuidisse: qui ei successit imperio: hic sorte ppria inde eductis ex
ercitibus in Armeniam ⁊ Mesopotaniā ⁊ Assyriaz concessit: Et
inter Romanos ⁊ Persas Euphratem esse voluit. Antonini duo
Marcus ⁊ Seuerus: hic socer: ⁊ ille gener: pariter augusti Impe
ratores orbis equata primū ptāte imperium tenuerunt. Sed ex
his Antonius iunior ad expeditionem Parthicā profectus est
multa ingētia aduersus Persas foeliciter gessit. Seleuchiā Assy
rię urbem cum quadringentis milibus hostiū cepit. ingenti glo
ria de Persis cum socero triumphauit. Seuerus natione Apher
acerrimus imperator Parthos strenuissime uicit. Ariabenos de
leuit. Arabes obtinuit. Arabiā prouinciā refecit. huic cognomia
ex victorijs acquisita sunt: Nā Arabenicus Parthicus ⁊ Arabi
cus cognominatus est. Antonius Bassianus cognomento Cara
calla filius Seueri imperatoris expeditionem in Persas parans
in Effreniam apud ciuitatem Edosam propria morte obiit ⁊ ibi
dem sepultus est. Aurelius Alexander quasi fato quodam in exi
tium Persicę gētis iuuenis ad modū Romani imperii guberna
cula suscepit. Ipse Persaz regem nobilissimum Darsē gloriose
uicit. Hic Alexander sacroꝝ scribinioꝝ magistrum habuit Gulpī
anū iuriconsultū. De Persis pompa spectabili triūphauit. Sub
Gordiano Augusto ex inuenturis fidutiā rebellātes Parthi in
gentibus prelijs concussi sunt. Isqꝫ de Perside rediens victor:
fraude philippi qui prefectus pretorio eius erat occisus est. **DI**

lites eius in .xx. miliario a Circeſſo quod nunc ertat edificarunt
atq; erequias eius Romani cum magna reuerentia deduxerunt.
Valeriani infausti principis fortunā tēdet referre. Is cū Galie
no suscepit imperiū: sed hunc exercitus / Galienū senatus impe
ratorē fecit. e quibus in Mesopotaniā aduersus Persas Uale
rianus cōgressus a Xapote Persarum rege supatus est: et captus
de decore vite sue cōsenuit. Sub Galieno Mesopotaniā inuasit
et Assyriani etiā sibi Persę vendicare ceperāt: nisi quod turpe est
Odenatus de Emro palmitenus collecta Syrioz agrestiu ma
nu acriter restitisset: et fuis aliquotiens Persis non mō nostrū
militem defendidisset: sed etiā ad Thesiphontē Ro. vltro imperij
qđ mirū est dictu penetrasset. Aureliani imperatoris glorię zeno
bia ordinari. vxor accessit. ea enim post mortē mariti foemine di
tione orientis tenebat imperiū. quā Aurelianus multis clipeator
et sagittarior milibus fretā apud Himas haud pcul ab Antio
chia vicir: et captā Ro. triumphans ante currū ducit. Cari impato
ris victoria de Persis nimiu potēs supno numini visa est. nā ad
inuidiā supni numinis ptinuisse credenda est. Is eni ingressus
Persidā et quasi ei nullo obstāte vastauit. Colchā et Thesiphontē
vzbes nobilissimas cepit. Quū victor toti⁹ gētis castra sup Ti
gridē haberet: flumis ictu interiit. Sub Diocletiano principe pō
pa victoria nota de Persis est. Maximianus cesar prima cōgres
sione quū cōtra innumerā multitudinē cū paucis acriter dimi
casset: pulsus recessit. hic tāta indignatiōe a Diocletiano susce
ptus est vt ante Carpentū eius per aliquot milia passuuz occur
rerit. purpuratus quū vir impetrasset vt reparato de limitaneis
Dacie exercitu euentum martis repeteret. In Armenia maiore
ipse imperator cū duobus equitibus explorauit hostes: et cum vi
ginti milibus militum superueniēs castris hostium subito innu
mera Persaz agmina aggressus ad interemptionē occidit. Rex
persaz Arsesus effugit: et vxor eius et filię captę sunt: et maxima
pudicitie custodia reſeruate. pro qua admiratiōe Persidę nō mō
armis sed et moribus superiores esse confessi sunt. Sed Mesopo

taniam cu
facta est:
stātinus
sas. toto
victoria
uentu B
gatio occ
passidu
tentauer
gis diffi
gressiōe
ipse pñ
na pñte
capta e
a Persi
sideret
dit sup
renā p
tus fui
cia mil
dū reu
uerfus
aggres
lio resp
tarz ob
mina ip
pte foel
ingēti a
signa cō
Strenu
aut mar
Euphr
sti solici

tantam cum Transigrans quinque regionibus reddiderunt. par
facta est: et usque ad nostram memoriam resp. utilis perduravit. Con
stantinus rex dominus extremo sue vite tpe expeditionem parauit in Per
sas. toto enim orbe pacatis gentibus: et receti de Gothis gloriosior
victoria multis in Persis descenderat agminibus. sub cuius ad
uentu Babilonie tantum regna trepidauerunt: ut suppler eorum le
gatio occurreret: Persas facturosque se impata pmitteret: nec tamen
per assiduis eruptionibus quas sub Constantino cesare per orientem
tentauerat veniam meruerunt. Constantinus in Persas vario ac ma
gis difficili pugnavit euentu. preter leues excubantium in limite con
gressiones acriore acie novies decertatum est. per duces suos septies
ipse princeps bis affuit. A veris et grauibus pugnis Berna et Singare
na preter Constantino et Segarena Constantiensis quoque et cum amica
capta est. graue sub eo principe resp. vulnus accepit. ter autem est
a Persis obsessa Inzibi ciuitas: sed maiori suo detrimeto dum ob
sideret hostis affectus est. Narensi autem bello ubi Arseus occi
dit superiores discessimus. Flota vero in agro Aliensi prope Singa
renam pugna ubi Constantinus affuit omnium expeditionum copensar
tus fuisset euentus: si locis et nocte aduersantibus parcos fero
cia milites ab intempestiuo pugnandi tpe impator ipse ad loquen
dum reuocare potuisset. Qui tamen inuicti viribus improuisi ad
uersus sitim aquarum subsidii incubentes vespere castra Persarum
aggredi ruptis munitiōibus occuparunt. fugatque rege quem a pre
lio respirantes presentis munitiōibus inhiaret aquarum morbo sagit
tarum obruti sunt. cura stolidè ad dirigendos certius in se ictus lu
mina ipsi per noctem accensa preberet. Juliano in externos hostes ex
parte foelicitatis principi aduersus Persas motus defuit. Is cum
ingenti apparatu utpote totius orbis regnator infesta in Persas
signa comouit. instructa et meatibus classe per Euphratem inuenit.
Strenuus multa Persarum oppida ac castella: aut suscepit dedita:
aut manu cepit. Quum contra Thelipontem in Tigridis et
Euphratis ripam miri castra haberet: ludosque campestres ut ho
sti sollicitudinem demeret: et per diem agitasset noctis in medio

Impositos nauibus milites in ulteriorem ripā partis transuerit
qui per ardua nitentes qua difficilis etiam per diem ⁊ nullo p
hibente fuisset ascensus Persas terrore subito miscuerūt. versis
agminibus totius gentis apertis et Lbesiphonte portis victor
miles intrasset: ni maior pꝛedaz occasio fuisset q̄ cura victorie:
tantam adeptus gloriā quū de reditu a militibus admoneretur
intentioni suꝛ magis credidit. ⁊ exustis nauibus cuꝛ transfugas:
qui ad se fallendum obiecerat inductus in eui mandeuā uic cō
pendia sectaret: dextrū iter aduersa Ligridis ripa nudato mili
tum latere iter relegēs quū incautius per agmen erraret: excito
puluerē ereptus ex suoz cōspectu ab hostiū obuiū equite conspe
cto per ilia ictus inguine tenus vulneratus est. Inter effusioneꝛ
nimis sanguinis quū suoz ordinē licet saucius instaurasset cun
crantē animā multo suos allocutus efflauit. Iouinianus pꝛelij
superiorē sed confusum morte impatoris amisi suscepit exercitū
Quū cōmeatus deficerēt ⁊ uia in reditu pꝛetior imineret: Perse
crebris excursibus nunc a fronte nunc a tergo: medior quoz la
tera incurstantes inter agmina morarent: consuptis aliquot die
bus: tanta reuerentia Romani nois fuit: vt a Persis pꝛimus ser
mo de pace haberēt. ac trunci confectus inedia exercitus condi
tionibus: quod nunq̄ antea accidit: dispendioꝛ Ro. reip. impo
sitis: vt In sibi ⁊ pars mesopotanię traderetur. quibus cupidioꝛ
regni q̄ glorie Iouinianus imperio rudis acceuit. Quā magno
deinceps ore tua pꝛinceps facta inclpte sint personanda: quibꝫ
me licet imparem dicendi nitu ⁊ quo grauior parabo. Maneant
modo cōcessa dei nutu ⁊ amico cui te credideris creditus es nu
mine inducta foelicitas. De hac gente sicut de Cottis: etiā Ba
bilonibus tibi palma pacis accedat Gloriosissime pꝛincipū Val
lentiane Auguste.

¶ Sexti Ruffi viri consularis Valentiano Augusto
de historia Ro. Libellus finit. Impressus Romę per
Stephanū Planck. An. Mcccxcij. die. xij. Januarij

Hain 14.033

ts transuerit
m a nullo p
scuerit. versis
portis victor
cura victor: i
admoneretur
transfuga:
deuia usq; co
nudato mili
raret: excito
quite conspe
ter effusione
aurasset cun
inianus pelij
scepit exercitu
mineret: Perse
dior quocq; la
is aliquot die
sis p:imus ser
exercitus condi
o-reip-impo
ibus cupidior
Qua magno
anda: quib?
bo-Maneans
reditus es nu
etia: etia Ba
pincipu Ua

gusto
ne per
uarij

ses vi
roga
bum
in se
etas
qui
illu
ceat
qui
tuti
tes
di n
lud
mun
di n
caus
diti
raru
sic tu
die p
moq